



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 2. Aliæ Constitutiones circa Confessarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

mio Ecclesiæ, debeant recitare officium, Sæc. XVII.  
quod in choro dicitur, & licet extra A.C. 1602.  
Ecclesiam vel Diæcesin morentur, de-  
ceat eos recitare Officium proprium Ec-  
clesiæ ipsorum. Declaratum quoque in  
Congregatione Episcoporum die tertia  
Decembri, quod in Ecclesia Collegiata  
citius quam in Cathedrali Divina per-  
solvi queant, nullatenus tamen, uti  
decisum die decima ejusdem Mensis,  
intra Monialium clausuram Missa cele-  
brari valeat, et si infirmæ communican-  
dæ forent: nec liceat Regularibus SS.  
Sacramentum etiam in propriis Ecclesiis  
publice exponere, nisi ex publica caussa  
ab Ordinario approbata.

### §. II.

#### *Aliæ Constitutiones circa Confessarios.*

Die vigesima secunda Januarii Con-  
gregatio Concilii censuit, quod Ca-  
pitulum Sede vacante dispensare & ab-  
solvere a casibus Episcopo reservatis  
juxta Tridentinum valeat. Quod vero  
neque Episcopus pro licentia audiendi  
Confessiones, nec Notarius propter Scri-  
pturam &c. quicquam accipere valeat,  
die octava Martii decisum est, pariter  
die duodecima declaratum, quod Con-  
fessarii examinati & indeterminate ap-  
probati non sint iterum examinandi,

Q 2

nisi

Sæc. XVII. nisi ab Episcopo Successore, possunt tu  
A.C. 1602. men Ordinarii statuere, ne Regulares

Sæcularium Confessiones excipiant, an  
tequam suas Patentes Parochis ostendan-  
derint: ita definitum legitur die quinti  
Aprilis in Congregatione Episcoporum.  
si vero hi licentia ab Ordinario petant  
& non obtenta Confessiones exciperent  
ad eas inhabilitantur, a suis Superioribus  
puniendi. Eadem Congregatio die  
quarta Septembbris decidit, quod Ex-  
communicatus propter non solutionem  
non absolvatur neque post mortem, nisi  
hæredes, quam possunt satisfactionem  
præstent, nec etiam excommunicatus  
propter manifestum excessum absolvatur,  
nisi prius Ecclesiæ satisfaciat.

### §. III.

#### Contentio inter Surdisum Cardinalem & Senatum Burdigalensem.

Thuan.

t. 129.

Sammarth.

Gall. Christ.

Eccl. Bur-

deg.

Sub idem tempus Burdigalæ contentio  
erat exorta, qua rursus Sacra juris-  
dictio cum Regia collidebatur: Erat  
enim in majore S. Andreæ Templo quod-  
dam altare, in quod plerique e plebe,  
ut Concionatoris faciem intueri possebant,  
minus religiose insiliebant, ceterisque  
risu dignum excitabant spectaculum non  
sine magna piorum offenditione: quo circa  
Franciscus Henricus Surdisius Cardi-  
nalis